

1509. die 27. Junij Valachi Camieniec obsederunt.
 Die 6. Julij Rohatin exusserunt. Raphäel captus.
 4. Augusti rex Sigismundus ex Cracovia contra
 Valachos exiit.
 20. Augusti rex Leopolum venit.
 9. Septembris acies structa ad Gliniani.
 14. Septembris acies ordinata ad Ciropathoniki.
 1. Novembris Dominus Charlaczki et Barna-
 bas Berlai oratores Hungari a Wladislao
 rege ad Sigismundum regem Leopolum ven-
 nerunt, ut tollerent bellum Valachicum.
 Rex Sigismundus missis oratoribus suis, videli-
 cet Joanne Laski cancellario, Stanislao de Cho-
 decz marscalco, Georgio Krupski castellano Bel-
 sensi, Petro Tomiczki secretario, cum oratori-
 bus Wladislai regis Hungariae, videlicet Oswal-
 do Charlaczki, et Berlai Balabass ad Ca-
 mieniec ad pacem cum Valacho componen-
 dam, ipse rex Sigismundus ex Leopoli ad
 Cracoviam 16. Novembris profectus.
 26. Novembris rex Cracoviam venit.
 22. Decembris oratores Hungari et Poloni
 congressi sunt cum oratoribus et boiariis
 Valachorum in campo, cum Teutull, Logof-
 fet, Thador, Isaac, Pitar, Iwanko.
 29. Decembris oratores Valachi venerunt ad
 Camieniec ad tractandam et ineundam
 concordiam et pacem.

